



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1204. Usque Ad Annum 1230

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1763

VD18 90118030

§. 37. Pœnitentia Interfectorum Episcopi Anciensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66406](#)

cucullo tenere, in terram, lutum & nives Sæcul. XIII.
dejicere, & totum corpus verberibus tun- A.C. 1220.
dere. Si hæc omnia lætantes patimur,
& memores, nostrum esse opprobria &
arumnas JESU Christi sustinere, disce
Frater, in his adversis perfectam in-
veniri lætitiam. Denique omnium Do-
norum Spiritus Sancti præcipuum est, se
ipsum vincere, atque lubenti animo i-
gnominiosa ex amore Dei pati. Huc
usque S. Franciscus.

§. XXXVII.

Penitentia Interfectorum Episcopi Aniciensis.

Superiore anno exeunte Robertum *Gall. Chron.*
Meunium Episcopum Aniciensem par-*to. 3. p. 916.*
ticidio sustulerat vir quidam Equestris,
nomine Bertrandus de Cares, quem E-
piscopus ob damna Ecclesiæ illata ex-
communicaverat. Hunc Antistitem, *G. Nang.*
licet Natalibus clarum, multo illustrio-*an. 1220.*
rem reddiderant virtutes, præsertim a-*Chro. Antiff.*
mor puritatis, quam tota vita custodi-*eod.*
vit, eti præstantem corporis speciem a
natura accepisset. Interfectus est vero
vigesima prima Decembris, anno mille-
simo ducentesimo decimo nono, & po-
pulus indignans pastoris sui necem, ac
in latronis propinquos furens, eorum
arcas munitas solo æquavit. At Ber-
trandus,

Nn 4

Sæcul. XIII. trandus, tetri facinoris pœnitentia sub-
A. C. 1220. eunte, Romam cum consciis commen-

vit absolutionem a crimine petitus Honorius Papa, ut ex gravissima pœnitentientia, quantum deliquerint, eos dia ante fores Palatii sui stantes, nudis pedibus, interula tectos nequicquam ejulantibus & flentes expectare coegit. Tandem, ne in desperationem agerentur, & quia se meliorem in modum satisfacturos esse promittebant, juramento astrictos, quod sequentem pœnitentiam implere vellent, absolvit.

Porro Pœnitentia fuit hujusmodi: Illi, qui convenerunt, Episcopo infidis structuri, sed inscii, quod de ipsa Praefatis vita ageretur, si nihil aliud ad ejus necem contulerunt, sine mora Ecclesia Ariciensi, quæcunque ab ea tenent Feudo, reddant, nunquam ea repetant, nunquam eis jus sit in bunc finem actionem vendi. Tum per dies quadraginta in urbe Aniciensi, si ibi tuto degere possint, saccis vel cilicis tecti, abscissis capillis, in pane & aqua bis in septimana jejunantes, ostiatim mendicent. Si ipsis Anicii tuto prodire non liceat, eamdem quadraginta dierum pœnitentiam in aliqua alia urbe vicina peragant. Quo completa, in Terram sanctam proficiuntur, biennio ibidem militaturi. Reliquo autem vitæ tempore omnibus diebus

diebus Veneris in pane & aqua jeju- Sæcul. XIII.
uent. A.C. 1220.

Bertrandus vero criminis auctor, postquam Ecclesiae Aniciensi omnia, quæ forte babet, Feuda restituerit, juret, se nunquam cuicunque Christiano arma illaturum esse. Ter quadraginta diebus Annicii, vel si in illa civitate secure versari non liceat, in alia sacco vestitus, & cineribus stratus, abscissis capillis, nudis pedibus ostiatim mendicet, & ter in septimana in pane & aqua jejunet. Omnibus diebus Dominicis per tres suas Quadragesimas ad Clericos & populum urbis procedat, nudus, virga manus tenens, quibus feriatur. Postea mare transmitat, & in Terra sancta annis septem militet. Inde reversus Papam adeat, cum literis Patriarchæ, aliorumque virorum spectatæ auctoritatis, in quibus de ejus in Palæstina moribus testimonium continetur. Tota vita sua singulis annis bis quadraginta dierum jejuniū servet, atque in pane & aqua diebus Veneris & in Vigiliis jejunet. Septem annis a Communione Corporis & Sanguinis Domini Nostri abstineat. Si, postquam ter quadraginta diebus præscripta perfecerit, Ordini Cartusiensi vel Cisterciensi nomen det, reliquæ penitentiae indulgentiam consequetur.

Nn 5 Huo

Sæcul. XIII. Huc usque Epistola Papæ, die decimæ Julii, anno millesimo ducentesimo
A. C. 1220 vigesimo data, atque ad Episcopos Vi-
4. ep. 810. ap. variensem & Tricastiensem directa, qui
Rain. n. 28. reos ad suscipiendam pœnitentiam etiam adhibitis Censuris Ecclesiasticis compelle-
lere jubentur. Ceterum hoc exemplum inducere operæ pretium censui, ut quantum pœnitentia modus illa ætate a pœ-
nitentia primorum sæculorum diversus sit, appareat.

§. XXXVIII.

Res Cruce signatorum in Orientie.

to. 8. Spicil. Inter hæc Jacobus Vitriacus, Episcopus
p. 373. Acriensis, Pelusii commorans, Epistola ad Honorium Papam, in Octava Pascha-
tis, hoc anno millesimo ducentesimo vi-
gesimo in diem quintam Aprilis incidentis, data, Res Cruce signatorum prescri-
psit in hunc modum: *Pelusio expugna-
to, complures ex nostris fortuna prosp-
era abusi, iram Dei suis criminibus pro-
vocarunt, præsertim commissis fraudibus
in divisione prædæ, Infidelibus detracto-
rebus in bonum commune comportari de-
buisset.* Has opes male partas lusu,
commensationibus, luxuria & expensis in
meretrices collatis perdiderunt. Pra-
terea detractores, seditionis, refractarii,
Sacerdotum & Excommunicationis Ec-
clesiasticæ contemtores, proditores, sum-

ma